



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Reliquiæ

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

68 Abbatem oportet esse viginti quinque annorum inceptorum, & Sacerdotem, & profectum: Abbatissam verò quadraginta annorū, nisi aliud Superiori videatur. \* Syl. l. c. nu. 1.

Abbatissa Trid. sess. 25. c. 7.

69 Abbate mortuo, expirat officium Prioris, nisi esset ab illo cum Capitulo institutus.

70 Abbas non potest perfici duobus Monasterijs, nisi vnum pendeat ex altero.

\* Vide Syl. l. c. nu. 2.

71 Apostata non est à Religione qui exit animo reuertendi, aut aliam etiam laxiorem intrandi, aut qui fugit nimis sæuiente Superiore, aut merito credens se non esse profectum; tunc enim potest etiam dimisso habitu fugere, neque his obstat Concil. Trid. \* Vide Syl. l. c. 4. num. 4. & vers. Apostasia num. 7.

72 Apostata est excommunicatus si habitum dimittat, non assumpto alterius Religionis habitu. \* Vide Syl. Apostasia nu. 11.

73 Acquisita per Apostatam extra Religionem, quidam dicunt esse Camerae Apostolicæ, alij Monasterij.

\* Syl. l. c. num. 12. Mol. d. 140. col. 554.

*Reliquia, vide Oratio, Processio.*

1 **C**oli possunt priuatim Reliquiæ eius, qui creditur esse in cælo.

\* De cultu Reliquiarum Azor. l. 9. c. 8.

De sacris Reliquijs nos integrum edemus volumina.

Z 3

\* Syl.

\* Syl. vers. Reliquia. nu. 1. Azor. l. c. q. 8.

Addit? Reliquia collo suspensae defetri possunt. D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 3. D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 8. Syl. Fum. vers. Reliquia, Nau. c. 11. num. 35. Azor. l. c. q. 6. contra Ang. vers. Reliq. 4.

De certis formis, quas Agnos Dei appellant Azor. l. c. cap. 9.

Vide Staph. cum litteris gratiae lib. 1. c. 25. num. 10. Graff. l. 2. c. 2. nu. 11.

*Repressalia, vide Bellum.*

1 **L**icent Repressalia eo modo quo bellum, scilicet auctoritate sui Principis, & altero Principe, scilicet eius qui laesit, monito, ut curet satisfieri: quod si non fit, potest laesus etiam ab innocentibus accipere, si aliter sua recuperare non potest. \* Vide Syl. eod. vers. numer. 2.

2 Repressalia non possunt fieri in persona Ecclesiastica. Vide de iniur. lib. 6.

\* Caiet. eod. vers. Syl. l. c. nu. 8.

*Rescriptum, vide Gratia.*

*Residentia, vide Beneficium.*

1 **O**mne beneficium requirit residentiam: nec residet, qui non seruit; quod nisi causa iusta excuset, aut recepta consuetudo, mortale est non residere. Vbi que autem fere receptum, ne in Simplici resideatur. Curati autem, ne resideat, nulla excusat consuetudo, obliga-